ceret: 7 postmodum reatū suum au-
diret: quatinus nequaquā iustitiē cō-
tradiceret: quas in seipse protulisset.
Vir itaq; sanctus 7 peccatorē con-
siderās 7 regem miro ordine auda-
cem reum prius p̄ cōfessionē ligare
studuit: postmodū p̄ iuectionē seca-
re. Celauit paululū quod q̄siuit: sed
percussit repente quē tenuit. Digri-
us enim fortasse incidere: si sub ip̄o
sermōis exordio: apte culpā ferire
voluisset. Sed premissa similitudie
eam quā occultabat exacuit increpa-
tionem. Ad egrum medicus vene-
rat: secūdū vulnus videbat: sed de
patientia dubitabat. Abscondit igitur
ferrum medicinale sub veste: qd̄
eductum subito fixit in vulnere: vt
secantem gladium sentiret eger an-
teq̄ cerneret: ne si ante cerneret sen-
tire recusaret. Qd̄ alī admonēdi

sunt tristes: aliter leti. Ca. xxvij.

Liter admonēdi sunt leti: atq;
q̄ aliter tristes. Letis inferen-
da sunt tristitia que sequuntur ex sup-
plicio. Tristibus vero iherēda sunt
leta que sequuntur ex regno. Discāt
leti ex minarum asperitate quod ti-
meant. Audiant tristes premiorū
gaudia de quibus presumant. Illis
quippe dicitur. Ne vobis qui ride-
tis nūc: quoniam flebitis. Isti vero
eodem magistro dicente audiant.
Iteq; videbo vos 7 gaudebit cor ve-
strum: 7 gaudium vestrum nemo
tollet a vobis. Nonnulli autem leti
vel tristes: non rebus fiunt: sed cō-
plexionibus existunt. Quibus pro-
fecto intinandum est: quod qui-
busdam complexiōibus iuxta sunt
quedam vicia. Habent enim leti ex
propinquo luxuriā: tristes vero irā.
Unde necesse est vt non solum quis
q̄ consideret quod ex complexione
sustinet: sed etiā quod ex vicio de-
terius purget: ne dum nequaquā
pugnāt: contra hoc quod tollerāt:
ei quoq; a quo se liberum extimat:
vicio succūbat. Quod aliter ad-
monēdi sunt subditi: aliter vero p̄-
lati.

Cap. xxviii.

Liter admonēdi sunt sub-
diti: atq; aliter p̄lati. Illos
ne subiectiō conterat: istos ne locus
superiorum extollat. Illi ne minus
quod iubentur impleāt: isti ne plus
iusto iubeāt que compleantur. Illi
vt humiliter subiaceāt: isti vt tem-

Sancti gregorii pape.

peranter presint. Nam quod intel-
 lici z figuratiter post illis dicitur.
 Filii obedite parentibus vestris
 in domino; illis vero precipitur.
 Et vos patres nolite ad iracundiã
 puocare filios vestros. Illi discant
 quomodo ante occulti arbitri ocu-
 los sua interiora cõponãt. Isti quo-
 modo cõmissis sibi: exẽpla bene vi-
 uẽdi exterius prebeat. Scire etiã
 prelati debẽt: quia si puerfa vnq̃ p
 petrar tot morib⁹ digni sunt: quot
 ad sãditos suos pditiõis exempla
 transmittunt. Un̄ necesse est ut tan-
 to se cautius a culpa custodiãt q̃to
 p praua q̃ faciunt: nõ soli moriuntur
 sed alioꝝ aie q̃s prius destruxerunt
 morib⁹ rei sunt. Admonedi sunt illi
 ne distinctius puniantur: si absoluti
 nequerint reperiri salteꝝ de se. Isti
 ne de subditoꝝ errãtib⁹ iudicent
 etiã si se iã de se securos inueniũt
 Illi vt tanto circa se solliciti⁹ viuãt
 quanto eos aliena cura non iplicat
 Isti vero vt sic alioꝝ curas expleãt
 quatinus z sua agere non desistant
 z sici propria solitudine ferueant
 vta commissõꝝ custodia minime te-
 pescãt. Illi enĩ sibi met vacãti dicẽt
 Uade ad fornicam o piger: z con-
 sidera ei⁹ vias: z discẽ sapiã. Isti
 at̄ terribiliter admonet cũ dõ. Fili-
 mi si spõpõderis p amico tuo defi-
 xisti apud extraneũ manum suam
 z illaqueatus es verbi oris tui: z
 captus sermonibus tuis proprijs.
 Spondere namq; pro amico ẽ alie

nam animã in periculo sue puerfat
 onis accipere. Un̄ z apud extrane-
 um manus defigitur: quia apud cu-
 ram sollicitudinis que ante decrat
 mens ligatur. vbi vero sui horis il-
 laq̃atus ẽ ac pprijs sermonibus ca-
 ptus: quia dum cõmissis sibi cogit
 bona dicere: ipsum prius necesse ẽ
 q̃ dixerit custodire. Illaqueatus est
 igitur oris sui verbi: dum ratõẽ exi-
 gente constringitur: vt eius vita ad
 aliud queãdmonet relaxat: vnde z
 apud districtum iudicem cogitur:
 tanta in opere exoluere: quãta enĩ
 constat alijs voce precepisse. Unde
 bene mor exortatio subditur cũ di-
 citur. Ergo fac filii mi quod dico z
 temetipsum libera quia incidisti in
 manus proximi tui. Discurre: festina
 suscita amicuũ tuũ: ne dederis som-
 num oculis tuis: nec dormitẽt pal-
 pebre tue. Quisquis autem ad viuẽ-
 duz alijs exemplũ pponitur: non
 solum vt ipse vigilet: sed etiã vt ami-
 cũ suscitet admonet. Et nãq; vigi-
 lare beniuendo non sufficit: si nõ
 z illum cui preẽ a peccati torpore di-
 stungit. Bene autem dicitur. Ne de-
 deris somnum oculis tuis nec dor-
 mitent palpebre tue. Somnum q̃
 ppe dare oculis ẽ: itẽtione cessãte
 subditoꝝ curam negligere omni-
 no. Palpebre vero dormitant cum
 cogitationes nostre ea que in subdi-
 tis agnoscunt arguenda pigredine
 deprimente dissimulat. Plene enĩ
 dormire est commissõꝝ acta: necẽ

scire nec corrigere. Nō autem dormire sed dormire est: que quidem reprehēdēda sunt cognoscere: sed tamen propter mentis tedium dignis ea in crepationibus non emendare. Dormitando vero oculis ad plenis simus somnum ducitur: quia dum plerumq; qui preest malum quod cognoscit non resecat: ad hoc quādoq; negligentie sue merito peruenit vt quod a subiectis delinquitur non cognoscat. Admonēdi sunt itaq; qui presunt: vt per circumspectionis studium oculos peruiuales intus z in circuitu habeant: celi animalia fieri contēdant. Quēsa quispe animalia celi in circuitu z intus oculis plena describuntur. Dignū quippe est vt cuncti qui presunt intus z in circuitu oculos habeāt: quatinus z interno iudici in semetipsis placere studeant: z exempla vite exterius prebētes: ea etiā que in alijs sunt corrigēda deprehēdāt. Admonendi sunt subditi ne prepositorum suorum vitam temere iudicēt: si quid eos fortasse agere reprehēsbiliter vidēt: ne vnde recte mala redarguunt: inde per elationis impulsu in profundiora mergātur. Admonendi sunt ne cum culpas prepositorum considerāt: cōtra eos audaciores fiant. Sed sic si qua sunt valde eorum praua: apud semetipsos diiudicent: vt tamen diuino cōstricti timore: ferre sub eis iugum reue-

renti non recusent. Quod melius ostendimus si danid factum ad mediu dēducamus. Saul quippe persecutor: cum ad ventrem purgandum fuisset ingressus speluncam illic cum viris suis dauid inerat: q̄ iam tam longo tēpore: persecutiōis eius mala tollerabat. Cumq; viri sui ad feriendum saul accederent: fregit eos respōsionibus: quia mittere manū in christum domini nō deberet. Qui tamē occulte surrexit z ora damidis eius abscedit. Quid n. p. saul nisi mali doctores? Quid per dauid: nisi boni subditi designātur. Saul igitur ventrem purgare est: prauos prepositos conceptum in corde malitiam: vsq; ad opera miseri odoris extendere. z cogitata apud se noxia factis exteriorib; exequendo monstrare. Quem tamen dauid ferire metuit: quia pie subditorum mentes ab omni se peste obtreccationis abstinētes: preposito rum vitam nullo lingue gladio percipiunt: etiam cum de imperfectione redarguuntur. Quia etiam si quādo p̄ infirmitate sese abstinere vix possunt: vt extrema quedam atq; exteriora prepositorum mala: sed tamē humiliter loquātur: quasi oram damidis silenter incidunt. Quia videlicet ouz prelate dignitati saltem in noxie z latenter derogant: quasi regis superpositi vestem secant: z cū ad se redeunt ipsos se vehementis

sime vel de tenuissima verbi laceratione reprehendunt. Unde et bene illic scriptum est. Post hec dauid percussit cor suum: eo quod absciderat oram clamidis saul. Facta quidem prepositorum oris gladio ferenda non sunt: et cum iam reprehendenda recte iudicantur. Quando vero contra eos vel in minimis lingua labit: necesse est: ut per afflictionem penitentie cor prematur: quatinus ad se reddat: et cum preposite potestate deliquit: eius contra se iudicium: quo sibi prelata est perhorrescat.

Nam cum prepositis deliquimus: eius ordinatio qui eos nobis pretulit obuiamus. Unde moyses quoque contra se et aaron populum queri cognouisset. ait. Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum sed contra deum. Quod aliter admonendi sunt: atque aliter domini. Cap. xxix.

Liter admonendi sunt serui atque aliter domini. Serui sicut ut in se humilitatem semper aspiciant domini vero: ut nature sue qua eque liter sunt cum seruis conditi: memoriam non amittant. Serui admonendi sunt: ne dominos despiciant ne deum offendant: si ordinationi illorum superbiendo contradicunt. Domini vero admonendi sunt: quia contra deum de munere eius superbiunt: si eos quos per conditionem tenent subditos equales sibi per nature sortitum non agnoscunt. Isti admonendi sunt: ut se esse sciant seruos domi-

norum. Illi vero admonendi sunt: ut cognoscant se conseruos esse seruorum. Istis namque dicitur. Serui obedite dominis carnalibus. Et rursum. Quicumque sunt sub iugo seruitutis: dominos suos omni honore dignos arbitrentur. Illis autem dicitur. Et vos domini eadem facite illis remittentes minas scientes quod illorum et vester est dominus in celis.

Quod aliter admonendi sunt sapientes huius seculi: atque aliter hebetes. L. xxx.

Liter admonendi sunt sapientes huius seculi: atque aliter hebetes. Sapientes quippe admonendi sunt: ut amittant scire que sciunt: hebetes vero ut appetant scire que nesciunt. In illis hoc primum destruendum est quod sapientes arbitrantur. In istis iam edificandum est quicquid de sapientia superna cognoscitur: quia dum minime superbiunt: quasi ad suscipiendum edificium corda parauerunt. Cum illis laborandum est: ut sapientius stulti fiant: stultam autem sapientiam deserant: et sapientem dei stultitiam discant. Istis vero predicandum est: ut ab ea que putatur stultitia: ad veram sapientiam viciniam transeant. Istis namque dicitur. Siquis inter vos videtur sapiens esse in hoc seculo: stultus fiat ut sit sapiens. Istis vero dicitur. Non multi sapientes secundum carnem. Et rursum. Que stulta sunt mundi elegit deus: ut confundat sapientes. Illos plerumque ratiocina-

tionis argumenta istos nonnunquam melius exempla convertunt. Illis enim mirum prodest ut in suis allegationibus vinciti iaceant. Istis vero aliquid quod sufficit: ut laudabilia aliorum facta cognoscant. Unum magister egregius sapientibus et insipientibus doctor: cum hebreorum quosdam sapientes: quosdam vero tardiores admoneret: illis de completionem veteris testamenti loquens eorum sapientiam argumento superavit dicens. Quod enim antiquatur et senescit: prope ad interitum est. Cum vero solis exemplis quosdam trahendos esse cerneret: in eadem epistola adiunxit Sancti ludibria et verba experti: in super et vincula et carceres lapidati sunt: secti sunt: in occisione gladii mortui sunt: temptati sunt. Et rursum. Ad mentem prepositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbum dei: quorum intuentes exitum conversationis imitamine fidem. Hec dicit: quatenus et illos victrix ratio frangeret: et istos ad maiora conscendere imitatio blanda suaderet. Quod aliter admonendi sunt impudentes atque aliter verecundi. Cap. xxxi

Liter admonendi sunt impudentes atque aliter verecundi. Illi namque ab impudentie vitio non nisi increpatio dura composita. Istos autem plerumque ad melius exortatio modesta proponit. Illi se delinquere nesciunt: nisi et a pluribus increpentur. Istis plerumque sufficit ad conversionem

quod eis mala sua doctor leviter ad memoriam reducit. Illos melius corrigit qui invehendo reprehendit. Istis autem maior profectus adducitur: si hoc quod in eis reprehenditur: quasi ex latere tangat. Impudentem quippe plebem iudeorum dominus increpans apte ait. Frater mulieris meretricis facta est tibi noli frater erubescere. Et rursum: verecundantem resouet dicens. Confusiones adolescentie tue oblivisceris: et opprobrium viduitatis tue non recordaberis: quia dominabitur tui qui fecit te. Impudentes quoque delinquentes galatas paulus increpat dicens. O insensati galathe: quis vos fascinavit? Et rursus. Sic stultus estis ut cum spiritu ceperitis: carne consumamini. Culpas vero verecundantium quod peccatis reprehendit dicens. Bavillus sum in domino vehementer quoniam tandem aliquando refloruitis per me sentire sicut et sentiebatis. Occupati enim eratis: ut et illorum increpatio culpas detergeret: et horum negligentiam sermo mollior revelaret. Quod aliter admonendi sunt protervi: atque aliter pusillanimes. Cap. xxxij

Liter admonendi sunt protervi: aliter vero pusillanimes. Illi enim valde de se presumunt: exprobrando ceteros dedignant. Isti autem dum nimis infirmitatis sue sunt consocii plerumque in desperationem cadunt. Illi singulariter cum

Sancti gregozij pape.

Isti despecta vebemeter esse putat
 que faciunt iccirco i despatione fra
 guntur. Subtiliter itaq; ab argu
 ente discutenda sunt opa pteruoz;
 vt in quo sibi placet: ostendatur qd
 deo displicet. Tunc eni pteruos be
 ne corrigimus: cu ea q benefecisse:
 se credunt male acta mostremus. Ut
 vnde accepta gloria creditur inuti
 lis cofusio subsequatur. Nonnuq;
 vero cuz se viciu pteruie minime p
 petrare cognoscunt: compediofius
 ad correptione veniunt: si alteri^o cul
 pe manifestioris ex latere requisite
 iproperio cofunduntur. Ut ex eo qd
 defedere nequnt: cognoscant se tene
 re iprobe quod defendunt. Unde cu
 pterue corinthos paulus aduer
 sum se videret inflatos: vt alius apol
 lo alius pauli: alius cephe ali^o chri
 sti: se esse diceret: incestus culpa in
 mediu deduxit: que apud eos ppe
 trata fuerat: z incozrepta remane
 bat dicēs. Audite inter vos fornic
 tio qualis nec iter gētes: ita vt vro
 rem patris quis habeat. Et vos in
 flati estis: z nō magis luctu habui
 stis: vt tolleretur dmedio vestrū q
 hoc fecit opus. Ac si aperte dicat.
 Quid vos p pteruam huius vel
 illius dicatis: q per dissolutione ne
 gligētie: nullius vos esse mostreatis
 Et contra pusillanimes aptius
 ad iter bene agēdu reducimus si q
 dā eoz bona ex latere requiramus.
 Ut dum i eis alia reprehēdēdo cor
 ripimus: alia amplectēdo laude

mus. Quatinus eozum teneritudi
 nem laus addita nutriat: quam cul
 pa increpata castigat. Plerūq; aut
 vtilius apud illos proficimus: si z
 eozum bene gesta memoramus: z
 que ab eis inozdiante gesta sunt iam
 non tanq; perpetrata corripimus:
 sed qsi ad hoc ne ppetrari debeant
 phibem^o. Ut z illa q approbam^o
 illatus fauoz augeat: z p ea q repre
 hendim^o magis apud pusillānimes
 exortatio verecunda pualefcat. Un
 idem paulus: cum thesalonicenses
 in accepta predicatione pdurantes
 quasi de vicino mundi termino qua
 dam agnosceret pusillanimitate tur
 batos: prius in eis que fortia pspi
 cit laudat: z caute monēdo postmo
 dum q infirma sunt roborat. At ei.
 Grās agere debemus p omnibus
 vobis deo semp fratres: vt dignus
 est qm supcrefcit fides v̄ra: z abun
 dat caritas vniuscuiusq; v̄m i in
 nicē: ita vt z nos ipsi i vobis glorie
 mur in ecclesijs dei. p patientia v̄ra
 z fide. Qui cuz blanda hec vite eoz
 pmississet: p̄conia paulo post subdi
 dit dicens. Rogamus autem vos
 fratres per aduentū domini nostri
 iesu christi: z nostre zgregatiōis in
 ipsuz: vt nō cito moueamī auaro se
 su: neq; terramini: neq; p spiritū:
 neq; per sermones: neq; per episto
 lam tanq; per nos missam: quasi in
 stet dies domini. Equi enim verus
 doctor: vt prius audirēt laudati q
 cognoscerent: z postmodum quod

Tertia pars pastoralis

et ortati sequerentur: quatinus eorum mentem ne a monitione subiecta concuteret: laus promissa solidaret. Et quod commotos eos vicini finis suspitione cognouerant: non iam redarguebat motos: sed quasi transacta nesciens adhuc commoueri prohibebat ut dum de ipsa lenitate monitionis predicatori suo se incognitos crederet: tanto reprehensibiles fieri: quanto et cognosci ab illo formidaret. Quod aliter admonendi sunt impatientes atque aliter patientes.

Cap. xxiii.

Liter admonendi sunt impatientes: atque aliter patientes. Dicendum namque est impatientibus: quia dum frenare spiritum negligunt: per multa etiam que non appetunt iniquitatum abrupta rapiuntur. Quia videlicet mentem impellit: furor quo non trahit desiderium: et agit commota nesciens: unde post doleat sciens. Dicendum quoque est impatientibus quod dum commotionis impulsu precipites quaedam velud alienari pagunt vitia mala sua postquam fuerint perpetrata cognoscant. Qui dum perturbationi sue minime obsistunt: etiam si qua a se tranquilla mente obsistit fuerat bene gesta confundunt. Et improviso impulsu destruiunt: quicquid forsitan diu labore per uido construxerunt. Ipsa autem quae mater est omnium virtutum custosque: per impatientie vitium virtus charitatis amittit. Scriptum quippe est. Charitas patientis est. Igitur cum mini-

me est patientis caritas non est. Per hoc quoque impatientie vitium ipsa virtutum nutritrix doctrina dissipat. Scriptum quippe est. Doctrina viri per patientiam dinoscitur. Tanto ergo quisque minus ostenditur doctus: quanto minus conuincitur patientis. Neque enim post veraciter bona docedo impendere si viuendo nescit equanimiter mala aliena tollerare. Per hoc quoque impatientie vitium: plerumque mentem arrogantie culpa transfigit. Quia dum despici immundo hoc quisque non patitur: si quasi bona occulta sunt ostentare conatur. Ac sic per impatientiam usque ad arrogantiam ducitur. Quia dum ferre despectionem non potest: detegendo semetipsum in obtestatione gloriatur. Unde scriptum est. Melior est patientis arrogante: quia videlicet elegit patientis quelibet mala perpeti: quam per ostentationis vitium bona sua occulta cognosci. At contra arrogans eligit bona de se vel falsa iactari ne mala possit vel minima perpeti. Quia igitur cum patientia relinquitur etiam bona reliqua que iam gesta sunt destruiuntur: recte ad ecclesie esse in altari dei fieri fossa prohibetur: ut videlicet in ea holocausta superposita seruentur: si enim in altari fossa non esset: omne quod in eo sacrificium reperiret superueniens aura dispergeret. Quid enim accipimus per altare dei nisi animas

iusti. Que quot bona egerit: tot su-
 per se ante eius oculos sacrificia im-
 ponit. Que ante est altaris fossa ni-
 si beatorum patientia: Que dū mē-
 tē ad aduersa tolleranda humiliat:
 quasi moze fouee hanc in uno posi-
 tam demonstrat. Fossa autē in alta-
 ri fiat: ne superpositum sacrificium
 aura dispergat idest electorū mēs
 patientiam custodiat: ne commota
 vento impatientie: etiam hoc quod
 bene operata est amittat. Bene autē
 hoc eadem vnus cubiti esse memo-
 rat. Quia nimirum si patientia nō
 deseritur vnitatis mensura seruat.
 Unde et paul⁹ ait ad galathas. In-
 micem onera portate: et sic adimple-
 bis legem christi. Lex quippe est
 christi caritatis vnitas q̄ soli pfici-
 unt: q̄ nec cū grauatur excedit. Au-
 diant igitur impatientes: quod scrip-
 tum est in prouerbis. Melior est
 patiens forti viro: et qui dominat
 aīo suo expugnatoze urbium. Meli-
 or est enim victoria urbium: quia
 extra sunt que subiguntur. Malde
 autem est malus: quod per patien-
 tiam vincitur: quia ipse a se animus
 superat: et per semetipsum sibimet-
 ipsi subicit: quando eum patientia
 intra se frenari compellit. Audiant
 impatientes: quod electis suis veritas
 dicit. Impatientia vestra possidebi-
 tis animas vestras. Sic enī cōditi-
 sumus vt ratio animā et anima cor-
 pus possideat. Nus nō aīe a corpis

possessione repellit: si nō prius aīa
 a possessione rationis possideatur.
 Custodem igitur cōditōis nostre
 patientiā dominus esse demonstra-
 uit: q̄ in ipsa nos possidere nosmet
 ipsos docuit. Quanta igitur sit im-
 patientie culpa cognoscimus per q̄
 et hoc ipsum amittim⁹ possidere qd
 sumus. Audiant impatientes quod
 per salomones rursum dicit. Longū
 spiritum suum profert stultus sapi-
 ens autēz difert et reseruat in postre-
 mus. Impatientia vero impellente
 agitur: vt totus foras spiritus pro-
 feratur: quoniam icarco perturbatio
 citius cicit: quia nulla interius
 sapientie disciplina concludit. Sa-
 piens autēz difert et reseruat in po-
 stre mū. Lesus enim in presens se
 vlscī nō desiderat: quia etiam tol-
 lerans parci optat: s; tamē iuste vi-
 dicari omnia extremo iudicio non
 ignorat. Et p̄tra admonēdi sūt
 patientes ne in eo q̄ exterius portat
 interius doleat: ne tante virtutis sa-
 crificum quod integrum foris im-
 molant intus malitie peste corrup-
 pant: et cum ab hominibus non ag-
 noscantur: sed tamē sub diuina exa-
 minatōe peccat: tanto deterior cul-
 pa doloris fiat: quāto sibi an̄ homi-
 nes virtutis speciem vindicat. Di-
 cendum itaq; est patientibus vt stu-
 deant diligere quod sibi necesse est
 tollerare. Ne si patientia dilectio nō

sequit: in deteriozem culpam odij: virtus ostēsa statur. Un cum paulus diceret: caritas patiens ē ilco adiunxit. Benigne est. Uidez ostendens: quia q̄s ex patientia tollerare amare etiaz ex benignitate n̄ cessat. Un idem doctor egregius cū patientiā discipulis suaderet dices omnis amaritudo z ira: z indignatio z clamor: z blasfemia tollatur a vobis: q̄si cūctis exterius iā bene cōpositis ad iteriora cōuertitur: dum subiungit cum omni malitia. Quia nimirum frustra indignatio clamor z blasfemia ab exterioribus tollitur si iterioribus vitiozū mater malicia dominat: z icassum foris nequitia incidit ex ramis: si surrectura intus multiplicius in radice seruetur. Un z p̄ se n̄ ipsam veritas dicit. Diligite inimicos vestros: bñ facite his qui oderunt vos: z orate p̄ psequētibz z calūniantibus vos. Virtus ita q̄ est coram hominibus aduersarios tollerare: s̄ maior virtus est corā dō diligere. Quia hoc solum de^o sacrificiū accipit qd̄ a te^o oculos in altari boni opis flāma caritatis accendit. Hinc ē qd̄ quibusdam patientib^z rursus nectamē diligentibus dicit Quid autē vides festucā in oculo fratris tui z trabē in oculo tuo non vides. Perturbatio q̄ppe ipatientie festuca est: malitia vero i corde trabis i oculo. Illā nāq̄ aura temptationis agitat: hanc autē p̄sumata nequitia pene imobi

liter portat. Recte vero illc sibi iungitur. Hypocrita eijce primū trabē de oculo tuo: z tunc videbis eicere festucā de oculo fratris tui. Ac si dicatur mēti iniq̄ interioris dolenti: z sanctam se exterius p̄ paciētiam demonstranti. Prius a te malitie molem excute: z tūc alios de ipatientie leuitate reprehende: ne dum nō studes simulationem vincere: peius tibi aliena sit praua tolerare. Euenire etiaz plerūq̄ paciētibus solet: vt eo q̄dem tempore q̄ vel aduersa patiuntur: vel cōtumelias audiūt nullo dolore pulsantur: z sic paciētiam exhibeant: vt custodire etiaz cordis īnocētiam non obmittant. S̄z cū post paululū hec ipsa q̄ p̄ulerint ad memoriam reuocāt: igne doloris inflamantur: argumēta ultionis īq̄runt z māsfuetudinē q̄ tolerātes habuerūt retractātes ī malitiā r̄tūt. Qui bus cit^o a p̄dicāte succurrit: si q̄ sit huiusmōi p̄mutationis causa p̄ndatur. Callidus nāq̄ aduersarius bellum contra duos mouet: vnum videlicet inflāmans vt cōtumelias prius inferat: alterū p̄uocās vt cōtumelias lesus reddat. S̄z plerūq̄ dum huius iam victor est qui iniuriam persuasus irrogat ab illo vincitur: qui illatam sibi equanūmter portat. Unius ergo victor quez cō mouendo subiugauit: tota cōtra alterū r̄tute se erigit: eumq̄ obsistentem fortit^{er} z vincētē dolet. Quem quia cōmouere in ipsa cōtumeliāz

locum quez dñs daturus est nobis
 veni nobiscum vt bñficiamus tibi
 quia dominus bona p̄misit israli.
 Cui cum respōdisset ille: non vadā
 tecum: sed reuertar in terrā meam
 in q̄ natus sum: illico adiunxit No
 li nos derelinquere: tu enim nosti
 in q̄bus p̄ desertum castra ponere
 debeam⁹: et eris ductor noster. Ne
 qz enim moysi mentē ignorātia an
 gustabat itineris: quam ⁊ ad p̄p̄he
 tie sciam cognitiō dinitatis expan
 derat: quam colōna exteri⁹ p̄bar:
 quam de cūctis iteri⁹ per cōuer
 sationem deo sedulam locutio fami
 liaris instruebat. S. ⁊. v. vir p̄roui
 dus elato auditori colloquens so
 latium petijt vt daret. Ducem requi
 rebatī via: vñ dux ei fieri possz ad
 vitam. Egīt itaqz: vt superbus au
 ditor vocī ad meliora suadēti eo ma
 gis fieret deuotus quo putaret ne
 cessari⁹. Et vñ se exhortationez suū
 precedere crederet: ide se sub v̄bis
 exhortatōis iclinaret. Quāliter
 admonēdi sunt pertinaces: atqz ali
 ter incōstātes. *Ca. xliij.*

Liter admonēdi sunt incon
 stantes: atqz aliter pertina
 ces. Illis dicēdum est q̄ plus de se
 q̄ sint sentiūt: ⁊ iccirco alienis cōsi
 lijs non acq̄lescūt. Istis vero inīmā
 dum est: q̄ valde se despicientes ne
 gligūt: ⁊ iō leuitate cogitationuz a
 suo iudicio per tēporum momenta
 flectūt. Istis dicēdum est: qz nisi
 meliores se ceteris estimarēt nequa

quā cūctorum cōsilia sue deliberati
 oni post ponerēt. Istis dicēdus est
 qz si hoc qd sunt vtiqz: attēderēt:
 nequaquā eos per tot varietatis la
 tera. mutabilitatis aura versarz. Il
 lis per paulum dī. Nolite p̄uden
 tes eē apud vosmetipsos. At ⁊ tra
 isti audiūt: nō circūferamur oī ven
 to doctrine. De illis per salomonēz
 dī. Comedent fructus vie sue: suis
 qz consilijs satirabūtur. De istis at
 ab eo rursum scribitur: coꝝ stultozū
 dissimile erit. Coꝝ qdem sapiētum
 sibi metipsi semp ē simile: qz dñz re
 ctis persuasiōibus acq̄escit: cōstā
 ter se in bono opere dirigit. Coꝝ ve
 ro stultozum dissimile ē: qz dñz mu
 tabilitate se varium exhibz: nunq̄
 id quod fuerat manet. Et qz qdam
 vitia sicut ex se metip̄s gignūt alia
 ita ex alijs oriunt. Sciendū sūmo
 pere ē: qz tunc ea corripiedo melius
 tergimus cum ab ip̄a sue amaritu
 dinis fonte siccam⁹. Pertinacia q̄p
 pe ex superbia: i cōstātia vero ex le
 uitate generat. Admonēdi sūt
 igit pertinaces: vt elationez sue co
 gitationis agnoscat: ⁊ semetipsos
 vincere studeat: ne dum rectis alio
 rum suasiōibus foris superari de
 spiciunt: intus a superbia capti uide
 neant. Admonēdi sunt solerter vt
 aspiciant qz filius hominis cui vna
 semper cum p̄ze voluntas est: vt ex
 emplum nobis frāgende nostre vo
 luntatis preberet dicit. Non que
 ro voluntatem meam: sed volunta

tem patris q̄ me misit. Qui vt hui⁹
adhuc virtutis gratiā p̄mendaret:
seruatorum se hoc in extremo iudi-
cio p̄misit dicēs: Non possum ego
a meipso facere quicq̄: sed sicut au-
dio iudico. Quia itaq; conscientia
dedignatur homo volūtati aliene
acquiescere: quādo dei atq; homi-
nis filius cū virtutis sue gloriā: ve-
nit ostendere testatur se nō a semetip-
so iudicare. At q̄ admonēdi sūt icō-
stantes vt mentē grauitate robozet
Tunc enim gemina i se mutabili-
tatis arefaciunt: cum a corde prius
radices leuitatis abscondunt. Quia
z tunc fabrica robusta construitur
cum prius locus solidus in q̄ poni
fundamētum debeat. p̄uidet. Ni-
si ergo ante mentis leuitas caueat
cogitationum icōstantia mime vi-
citur. A q̄b⁹ alienum paul⁹ se fuisse
p̄hibz cum dicit. Nunquid leuita-
te vsus sum: aut que cogito secū dū
carnem cogito: vt sit apud me est z
non? Ac si aperte dicat. Fecit co mu-
tabilitatis aura non moueo: quia
leuitatis vitio non subambo.

Qualiter admonēdi sūt gule v̄diti:
atq; aliter abstinētes. Cap. xliij

Liter admonēdi sūt gule de-
diti: atq; aliter abstinētes.
Illos enī supfluitas locutionis: le-
uitas opis: atq; luxuria. Istos ve-
ro sepe ipatientie sepe vero supbie
culpa comitat. Nisi enim gule de-
ditos imoderata loquacitas rapet
diues ille qui epulatus q̄tidie ip̄le

dide d̄: in lingua grauis nō arde-
ret dicens. P̄ abrahā miserere mei
z mitte lacarum vt intigat extremū
digiti sui in aqua: vt refrige: et lin-
guam meam: qz crutior in hac. flā-
ma. Quibus p̄fecto verbis ostendi-
tur: qz epulando quottidie ebrius i
lingua peccauerat: qz totus ardens
refrigerari se precipue in lingua re-
quirebat. Rursum q̄ gule v̄ditos
leuitas p̄tinus operis sequitur: au-
ctozitas sacra testat dicēs. Sedit
populus māducare z bibere: z sur-
rexiit ludere. Quos plerūq; eda-
citas vsq; ad luxuriam pertrahit:
quia dum sacietate vēter extendit:
aculei libidinis excitāt. vnde z bo-
sti calido qui p̄mi hominis sensū:
in p̄cupiscentia pomi apuit: s; i pec-
cati laqueo strinxit: diuina voce d̄.
P̄dextore z ventre repes. Ac si aper-
te ei diceret. Cogitatione z inglu-
uia sup humana corda dominaris.
Quia gule v̄ditos luxuria sequit
p̄pheta testat: qui dūz aperta nar-
rat occulta denunciat dicens. Prin-
ceps coquozum destruit muros hie-
rusalē. Princeps coquozum venter
cui magna cura obsequij a coquis i-
pedit: vt ipse delectabiliter cibus i-
pleatur. Muri aut̄ hierusalem vir-
tutes sunt anime: ad desiderij su-
perne pacis eleuate. Loquozū igit̄
p̄iceps hierusalem muros deicit:
qz dum venter in gluuie tendit: vir-
tutes anime per luxuriam destrui-
tur. Quo contra nisi mentes absti-

nentū plerūq; i patientia a sinu trā
 quilitalis excuteret: nequaq; pe-
 trus cum diceret: ministrare in fide
 vestra virtutem: in virtute autē sciē-
 tiam: in scia autē abstinentiam: pro-
 tinus vigilanter adiungeret dicēs.
 In abstinentia autē patienāz. Deesse
 quippe abstinentibus patientia; pre-
 uidit q̄ eis vt ad eēt admōuit. Rur-
 sum nisi cogitationes abstinentiū nō
 nūq̄ culpa supbie transigeret: pau-
 lus minime dixiss. Qui nō mandu-
 cat manducantē non iudicat. Qui
 rursus ad alios loquens du; d' ab-
 stinentie virtute gloriantium perce-
 pra perstringeret adiūxit. Que sūt
 rōnem q̄dem hēntia sapie in super-
 stitionem z humilitatem: z non ad
 parcēdum corpori: non in honore
 aliquo: sed ad saturitatem corporis.
 Qua in re notādum est: q̄ in dispu-
 tatione sua predicator egregius su-
 perstitioni humilitatis spēm iūxit:
 quia du; plus q̄z necesse est per ab-
 stinentia; caro atterit: humilitas fo-
 ris ostenditur: sed d' hac ipsa humi-
 litate grauiter interiūs supbiē. Et
 nisi aliquando mēs ex abstinentie
 virtute tumesceret: nequaq̄ hanc
 velut inter magna merita pharise^o
 ille elatus z arrogans studiose nu-
 meraret dicēs. Ieiuno bis in sabba-
 to. Admonēdi sunt ergo gule de-
 diti: ne in eo q̄ escarum: delectatio
 nī incubūt: mucrone seluxurie trās-
 figant. Quāta sibi per esum loqua-
 citas: quanta mentis leuitas insidi-

etur aspiciant: ne dum venter molli-
 ter seruiunt: vitiorum saqueis cru-
 deliter astringātur. Tanto enī lon-
 gius a secūdo parēte receditur: q̄
 to per imoderatum esum: dum ma-
 nus ad cibum tēditur: parentis pzi-
 mi lapsus iteratur. Et cōtra admo-
 nēdi sunt abstinentes: vt sollicitē sē
 per aspiciant ne cum gule vitia; su-
 giūt: acriora his vitia; ex virtute q̄
 si generentur: ne dum carnem ma-
 cerant: ad ipatienāam spūs erūpāt:
 z nulla tam virtus sit q̄ caro vincit-
 tur: si spūs ab ira superat. Aliquā-
 do autē dum mēs abstinentiū ab ira
 se deprimit: hanc quasi peregrina
 veniēs leticia corrumpit: z eo absti-
 nētie bonū depit: quo sese a spūali-
 bus vitia; mīme custodit: vnde re-
 cte per pphetam dī. In die b^o ieiū-
 niorum vestrorum iuenit voluntas
 vestra. Et paulo post: ad iudicia z
 ritas ieiunatis z percutitis pugnis
 volūtas q̄ppe ad leticiam pertinēt:
 pugnis ad iram. In cassum enim p
 abstinentiam co:pus atterit: si ino-
 dinatis dimissa motibus mens vi-
 tijs dissipatur. Rursumq; admo-
 nēdi sunt vt abstinentiam suam: z
 semper sine imutatione custodiāt:
 z nunquam hanc apud districtum
 iudicem ex mie virtutis credant:
 ne fortasse dum magni meriti esse
 creditur: cor in elatione subleuetur.
 Hinc nanq; per prophetam dicit.
 Nunquid tale est ieiunium quod
 elegi: Sed frange esuriētī panem

tiuum: z egenos vagosq; in duc in domum tuam. Qua in re pensã dñi est virtus abstinentie q̄ parua respicit: que non nisi ex alijs virtutibus cõmendatur. Hinc iobel ait. Sanctificate ieiunium. Ieiunium quippe sanctificare est: adiunctis bonis alijs dignam deo abstinentiaz carnis ostendere. Admonendi sũt abstinentes vt nouerint: qz tunc placentem deo abstinentiam offerũt: cũ ea que sibi de alimentis subtrahũt: indigentibus largiũtur. Solerter nãq; audiendum e: q̄ per prophetã dominũ redarguit dicens. Cum ieiunaretis z plangeretis in quinto z septimo mense: z per hos septuaginta annos: nũquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comeditis z bibitis: nũquid non vobis comeditis z vobis in vobis bibitis? Non. n. deo sed sibi in vobis quisq; ieiunat: si ea que ventri ad tempus subtrahit: non in opibus tribuit: sed vter postmodũ offerenda custodit. Ita q; ne aut illos appetitus gula a sustentatione deiciat: aut istos afflictio caro ex elatione supplantet: audiãt illi ex ore veritatis. Attẽdite vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula z ebrietate: z curis huius mundi: vbi vultis pauor adiungũt: z superueniat vobis repentina dies illa. Tanq̄ laqueus enim superueniet in omnes qui sunt super facies terre. Audiãt isti: nõ quid intrat in os coinquinat hoiez: sed quod pro

cedit ex ore: hoc coinquinat hoiem. Audiãt illi: esca ventri: z venter escis: deus aut z hunc z has destruet. Et rursum non in cõmellationibus z ebrietatibus. Et rursum esca nos nõ cõmendat deo. Audiãt illi qz omnia munda munda coinquatis aut z infidelibus nihil est mundũ. Audiãt illi: quozũ de venter est: z gloria in cõfusione ipsorum. Audiãt isti: discedent quidem a fide: z paulo post: prohibetium nubere z abstinere a cibis: quos deus creauit ad percipiendum cũ grarum actione: fidelibus: z hijs qui cognouerunt veritatem. Audiãt illi: bonũ est nõ manducare carnes: neq; bibere vinum neq; in quo frater tuus scãdaliçetur. Audiãt isti: modico vino vtire propter stomachũ: z frequentes tuas infirmitates. Quatinũ z illi discant cibos carnis imoderate nõ appetere: z isti creaturam dñi: quã nõ appetunt nõ audeant odẽnare. Qualiter admonedi sũt q̄ iam sua misericorditer tribuunt: atq; aliter ad hec aliena rapere contẽdunt. Capitulum. xliiij.

Qualiter admonedi sũt q̄ iam sua misericorditer tribuunt atq; aliter q̄ ad hec aliena rapere cõtendũt. Admonedi nãq; sunt qui iam sua misericorditer tribuunt: ne cogitãtõetumida super eos se quib; terrena largiũtur extollant ne iccirco meliores se esiment: qz contineri perse ceteros vident. Nãq; terrene

ne domus dominus famulorum: ordines misteriaque dispiciens: hos ut regant: illos vero statuit: ut ab alijs regantur. Istos iubet ut necessaria ceteris prebeant. Illos ut accepta ab alijs sumant: et tamen plerique offendunt quod regunt et in pauperum familias gratia permanent qui reguntur. Ira merentur quod dissipatores sunt: sine offensione perdurant qui ex aliena dispensatione subsistunt. Admonendi sunt igitur qui tam que possident misericorditer tribuunt: ut a celesti domino dispensatores se positos subsidiorum temporalium agnoscant: et tanto humiliter prebeant quanto et aliena esse intelligunt que dispensant. Cumque in illorum misterio quibus accepta largiuntur: constitutos se esse considerant: nequaquam eos timor mentis subleuet: sed timor premar: unde necesse est ut sollicite perpendant: ne commissa indignè distribuant: ne quidam quibus nulla: ne nulla quibus quedam: ne quibus pauca multa: ne pauca prebeant quibus multa impendere debuerant. Ne precipitatione hoc quod tribuunt inutiliter spargant: ne tarditate petentes noxie crucient: ne recipiende hic gratie: subrepat intentio: ne datiois lumen: laudis transitorie appetitio extinguat: ne oblatum munus coniuncta tristitia obsideat: ne in bene oblato munere: animus plusquam decet hilarescat: ne sibi quicquam cum totum recte impleuerint attribuant: et simul omnia postquam per-

egerint perdant: ne cum sibi virtutem sue libertatis deputet: audiat quod scriptum est. Si quis administrat tamquam ex virtute quam administrat deus. Ne in benefactis imoderatius gaudeant: audiat quod scriptum est. Cum benefeceritis omnia que precepta sunt vobis: dicite: serui iuniles sumus: quod debuimus facere fecimus. Ne largitatem tristitia corrumperet: audiat quod scriptum est. Iubilarem enim datorum diligit deus. Ne ex ipso munere transitoriam laudem querat: audiat quod scriptum est. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: imple dispensationi nequaquam se gloria vite presentis admisceat: sed opus reuerentis appetitionem ignoret fastidii. Ne impense gratie vicissitudinem requirat: audiat quod scriptum est. Cum facis prandium aut cenam: non li vocare amicos tuos: neque fratres: neque cognatos tuos: neque vicinos tuos diuites: ne forte ipse te reuertetur: et fiat tibi retributio. Sed cum facis convivium voca pauperes: debiles claudos cecos: et beatus crisostomus: quia non habet unde retribuatur tibi. Neque prebenda sunt citius: sero prebentur: audiant quod scriptum est. Ne dicas amico tuo: vade et revertere. et cras dabo tibi: cum statim possis dare. Ne sub obtentu largitatis ea que possidet inutiliter spargat: audiant quod scriptum est. Sicut et limosina in manu tua. Ne cum multa necesse sunt pauca largiatur: audiant

quod scriptum est. Qui parce seminat
parce et metet. Ne cum pauca oportet
plurima prebeant: et ipsi postmodum
nimiam inopiam tolerantibus ad ipa-
tientiam erumpant: audiant quod scri-
ptum est. Non ut alijs sit remissio
vobis autem tribulatio. Sed ex qua-
litate vestra abundantia: illorum
inopia suppleat: ut et illorum abun-
dantia vestre inopie sit supplementum.
Cum enim dantis mens ferre inopia
nescit: si multa sibi subtrahat: occasio
ne se impatientie exquirat. Prius namque
preparatus est animus patientie: et
tunc aut multa aut cuncta sunt largi-
enda: ne dum minus equanimiter
inopia irruens fertur: et promissa lar-
gitationis merces pereat: et adhuc me-
tem deterius murmuratio subsequens
pdat. Ne omnino nihil eis prebeat
quibus preferre debent aliquid pariter:
audiant quod scriptum est. Omni pe-
tenti te tribue. Ne saltem aliquid pre-
beant quibus omnino conferre nihil
debent: audiant quod scriptum est. Da
bono et non receperis peccatorem.
Bene fac humili: et non impio de-
deri. Et rursum: Panem et vinum
tuum super sepulturam iusti prestituere
et noli ex eo manducare et bibere cum
peccatoribus. Panem igitur et vinum
suum peccatoribus prebet: qui inique
pro eo qui iniqui sunt: subsidium impen-
dit. Unde et nonnulli huius mundi
divites: cum fame crucient christi pa-
upe res: effusis largitationibus nutri-

unt histriones. Qui vero indigent et
peccatori panem suum: non quod peccator:
sed quod homo est tribuit: nimirum non pec-
catorum: sed iustum nutrit pauperem:
quod in illo non culpam: sed naturam di-
ligit. Admonedi sunt etiam sua
misericorditer larguntur: ut sollicite
studeant custodire: ne cum commissa
peccata elemosinis redimunt: adhuc
redimenda committant: ne venales iu-
sticiam dei existiment: si cum curret
pro peccatis namos tribuere: arbitretur
se posse inulte peccare. Plus est
namque anima quam esca et corpus plus quam
vestimentum. Qui ergo escam vel ve-
stimentum pauperibus largitur: sed
anime vel corporis iniquitate polluitur:
quod minus est iusticie obtulit: et
quod maius est culpe: sua enim deo de-
dit et se diabolo. Et contra admo-
uendi sunt: qui et adhuc aliena ra-
pere intendunt: ut sollicite audiant
quid veniens in iudicium dominus
dicat. Aut namque. Esuriui et non dedi-
stis mihi manducare. Sitiui et non
dedistis mihi potum. Hospes eram:
et non collegistis me. Crudus et non
cooperuistis me. Quibus et promit-
tit dicens. Discedite a me maledicti
in ignem eternum: qui paratus est
diabolo et angelis eius. Ecce nequa
quam audiunt quia rapinas vel que
libet alia violenta commiserunt: et ta-
men eternis gehene ignibus manci-
pantur: hinc ergo colligendum est quam
ta damnatione plectendi sunt: qui

aliena rapiunt: si tanta aia diuersioe rapiunt & feruntur: q̄ sua indiscrete tenuerunt. Perpedant quo eos obliget reatu res rapta: si tali subijct p̄ne non tradita. Perpedant quid meretur iniusticia illata: si tanta percussione digna est pietas nō imp̄a. Cum aliena rapere intēdunt audiunt quod scriptus est: ve ei q̄ multiplicat non sua: vsq; quo aggrauat contra se deus luti. Auaro q̄p̄pe contra se deus luti aggrauare: est terrena: lucra cū pondere peccati cumulare. Cum multiplicare large spatia habitationis cupiūt: audiunt quod scriptum est: ve qui cōiungitis domū ad domum: & agrum a gro cumularis: vsq; ad terminū loci. Nūquid habitabitis soli vos in medio terre? Ac si aperte diceret. Quousq; vos extenditis: qui non habere in cōmuni mūdo confortes minime potestis? Coniunctos quib̄ deū premis: sed cōtra quos vos valeatis extendere semper inuentis. Cum augendis pecunijs auari inbiant: audiunt quod scriptus est. Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias fructus non capiet ex eis. Fructus ex illis caperet si eas bene spergere nō amando voluisset. Quis vero eas diligendo retinet: hic vtiq; sine fructu derelinquet. Cum repleti cunctis simul opibus inardescunt: audiāt quod scriptus est. Qui festinat ditari nō erit

innocens. Profecto enim qui augere opes ambit: vitare peccatum negligit: & more animum captus: cum escam terrenarum rerū audis cōspicit: quo strigatur peccati laqueo non agnoscat. Cū quilibz p̄ntis mundi lucra d̄siderant: & que de futuro damna patiūtur ignorant: audiunt q̄ scriptum est: hereditas ad quas festinatur i principio: i nouissimo benedictione carebit. Ex hac quippe vita initium ducimus: vt ad benedictionis sortes: i nouissimo veniam. Qui itaq; i principio hereditari festināt: sortes sibi benedictōis i nouissimo amputant: q̄ dum per auaritē nequitiam hic multiplicari appetunt: illic ab eterno matrimonio exheredes fiunt. Cuius vel plura ambunt vel obtinere cuncta: que ambent erūt possunt audiunt quod scriptus est. Quid prodest homini si mundum vniuersum lucretur anime vero sue detrimentum patiatur? Ac si aperte dicat. Quid prodest homini si totum quod est a se ē congregat: si hoc solus quod ipse est perdat. Plerūq; autem citius raptorū avaritia corrigitur: si in verbis admonentis: q̄ fugitiua sit presens vitā monstratur: si eorum ad medium memoria dedicatur: qui & vitari in hoc mundo: diu conati sunt: & tamen in adeptis diuitiis diu manere nequiverunt. Qui bus festina mors repente & simul

abstulit: quod eorum nequitia: nec si mul: nec repete congregauit: quod hic rapta reliquerunt: sed secum ad iudicium causas detulerunt. horum itaque exempla audiant: quos in verbis suis perculdubio: et ipsi condemnant: ut cum post verba ad cor redeunt imitari factem quos iudicant erubescant.

Quod aliter admonendi sunt quod nec aliena appetunt nec sua largiuntur: atque aliter quod ea que habet tribuunt et in aliena rapere non desistunt.

Liter admonendi Ca. xlv.
Sunt quod nec aliena rapere appetunt: nec sua largiuntur atque aliter quod ea que habet tribuunt: et tamen aliena rapere non desistunt. Admonendi namque sunt qui nec aliena appetunt nec sua largiuntur: ut sollicite sciatur: ut ea de qua sumpti sunt: curatis hominibus terra communis est: et in eis alimentis quoque omnibus commiter: profert. In cassum se ergo innocentes putant qui commune detinuit sibi priuatum vendicant: qui cum accepta non tribuunt in proximorum nece crassant. quod tot pene quotidie perimunt: quot morientium pauperum apud se subsidia abscondunt. Nam cum quibus necessaria indigentibus largiuntur: sua illis reddimus: non nostra mittimus: iusticie potius debitum solvunt: quam misericordie opera implemus: unde et ipsa veritas cum de misericordia caute exhibenda loquitur ait. Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus. Cui

inquit et psalmista concinens ait. Dispense dedit pauperibus: iusticia eius manet in seculum seculi. Cum. n. largitatem ipsam pauperibus promissis: non hanc vocare misericordiam: sed iusticiam maluit: quia quod a communi domino tribuit: iustum profecto est: ut quicunque accipiunt eo communitate viuunt: et utantur. Hic est salomon ait. Qui iustus est tribuit et non cessabit. Admonendi sunt quoque ut sollicite attendant: quod ficulnea que fructum non habuit: contra hanc districtus agricolam queritur: dicens quod et terram occupauit. Terram quippe ficulnea sine fructu occupat: quando mens te naturam: hoc quod potest multis poterat inuulter seruat. Terram ficulnea sine fructu occupat: quando locum quem exarare alius per solem boni operis valuit: stultus per delictum umbram premit. Hi autem dicere nonnumquam solent. Locum istum aliena non querunt. Et si dignam misericordie retributione non agimus nec tamen pueria perpetrare. Quod iccirco sentiunt: quod videlicet aurem cordis a verbis celestibus claudunt. Hic quoque enim diues in euangelio qui iduebat purpura et bysso: qui tepulabatur quotidie splendide: aliena rapuisse: sed instructuose propriis usus fuisse perhibetur. Cumque post hanc vitam ultric gehena suscepit: non quod illicitus aliquid gessit: sed quia immoderato usu totum se illicitis tradidit.

Admonendi sunt tenaces ut non

uerint q̄ hāc primam iniurias deo
faciūt: q̄ dāti sibi omnia: nullā mi-
sericordie hostiam reddūt. Ibi eiz
psalmista ait. Nō dabit deo pp̄tina-
tionez aie sue. Precium quippe redem-
ptōis dare est: opus bonum preue-
niētī nos gr̄e reddere. Ibi ioban-
nes exclamat dices. Nāz securis ad
radicem arboris posita est. Omnis
arbor que nō facit fructum bonum
excidetur z i ignez mittet. Qui er-
go se inorios quā aliena nō rapi-
unt estimāt: actum securis vicine p̄-
uideāt: z torporem ip̄zuide secu-
ritatis amittāt. ne cum ferre fruct^o
boni operis negligūt: a p̄nt̄ vita sū-
ditus quasi a viriditate radicis ex-
siccēt. Et cōtra admonēdi sūt q̄ z
ea que habēt tribuūt: z tamē aliena
rapere nō desistūt: ne valde munifi-
ei videri appetāt: z de boni specie d̄-
teriores fiant. Ibi eim̄ sua idiserete
tribuētes: nō solum vt supra iaz di-
xim^o ad ip̄tentiē prozumpunt mur-
muratōem: sed cogēte se inopia v̄l
q̄ ad auariciā deuoluūt. Quid
vero eozū mēte ifelicis: quib^o de
largitate auaritia nascit^o: z p̄cōz se-
ges: quasi ex virtute semiat. Ibi
us itaq; admonēdi sunt vt tenere
sua rōnabiliter sciāt: z tunc demum
vt aliena nō ambiant. Si enim ra-
dit culpe i ipsa effusione nō exur it̄
nunq̄ per ramos exuberās auari-
tie spina siccatur. Decalio ergo ra-
pēdi subtrahitur: si bene p̄zius ius

possidendi disponatur. Tunc ve-
ro admōiti audiāt: quomodo ea q̄
habēt misericorditer tribuāt: quan-
do nimirum didicerit: vt bona mi-
sericordie per iteriectam rapine ne-
quitiaz nō cōfundāt: violēter ei ex-
q̄rūt q̄ miter largiūt. Sed aliud ē
pro p̄cis misericordiam facere: alt̄o
pro misericordia faciēda peccare: q̄
iam nec misericordia micupart po-
test: quia ad dulcem fructum nō p̄-
ficiūt: que per virus pestifere radicis
amarefcit. Ibi est enī q̄ ipsa sacri-
ficia per p̄phetam dñs reprobat d̄-
cēs. Ego dominus diligens iudici-
um z odio habēs rapinam i holo-
caustum. Ibi iterum dicit. Hostie i
piozum abominabiles: quia ex sce-
lere offerūtur. Qui sepe quoq; idē
gentibus subtrahūt: que deo largi-
untur. Sed quāta eos ai aduersio-
ne renuat: per quēdam sapiētes do-
minus d̄mōstrat dices. Qui offert
sacrificium ex sba paup̄s: quasi q̄
victimat filium i cōspectu p̄is sui.
Quid nāq; itollerabilis eē p̄r: q̄
mors filij an̄ oculos p̄is? Hoc ita
q̄ sacrificium quāta ira aspiciatur
ostēditur: q̄ d̄z bati p̄is dolozi cō-
paratur. Tamē pleriq; quāta tri-
buūt pensāt: quāta aut̄ rapiūt con-
siderare dissimulant: quasi merce-
dem numerant: z perpendere cul-
pas reculant. Audiant itaq; quod
scriptum est. Qui mercedes cōgre-
gavit: misit eos in saculum pertuso.
In saculo quippe pertuso: videtur

quando pecunia mittitur: sed quando emittitur non videtur. Qui ergo quanta largiuntur aspiciunt: sed quanta rapiunt non perpèdunt: in profundo saculo mercedes mittunt. Et profecto has in spem sue fiducia in tuentes congerunt: sed non intuentes perdunt. Quod aliter admonendi sunt discordes: aliter vero pacati.

Capitulum .xvi.

Liter admonendi sunt discordes: aliter vero pacati. Discordes nãq; admonendi sunt vt certissime sciant: q; quantisib; virtutibus polleat: spirituales nullatenus fieri possunt: si per concordiam primis vniri negligunt. Scriptus est: quod peccatum est. Fructus autem spiritus est caritas: gaudium: pax. Qui vero pacem seruare non curat ferre fructum spiritus recusat. Hinc paulus ait. Cum sit inter vos zelus et contentio nonne carnales estis? Hinc iterum dicit. Pacem sequimini cum omnibus: et sanctimoniam: sine qua nemo videbit deum. Hic rursus admonens ait. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vnicuique pacis: vnum corpus et vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre. Ad vnam igitur spem vocationis nequaquam pertingitur: si non ad eam cum proximis mentis vnitatem curratur. At sepe nonnulli cum quedam spiritualiter dona percipiunt: superbiendo donum concordes dicunt quod maius est: amittunt: vt si

fortasse carnem precesteris: quos edomare: concordare eis quos superat abstinendo contempnat. Sed qui abstinentiam a concordia separant: quid admovent? psalmista precepit. Altissimi enim. Laudate eum in tympano et choro. In tympano namque sicca et percussa pellis resonat. In choro autem voces societate concordant. Quisquis itaque corpus affligit sed concordiam deserit: deum quidem laudat in tympano: sed non laudat in choro. Sepe vero dum maior scientia quosdam erigit: a ceterorum societate disingit. Et quasi quoque sapiunt: eo a concordie virtute desipiunt. Hinc itaque andiam quid per semetipsam veritas dicat. Habete salutem in vobis: et pacem habete inter vos. Sal quippe sine pace: non virtutis est donum: sed donationis augmentum. Quo enim quisque melius sapit: eo deterius delinquit. Et ideo inexcusabiliter merebitur supplicium qui prudenter potuit si voluisset vitare peccatum. Quibus recte per iacobum dicitur. Quod si celum amarum habetis et contentiones sunt in cordibus vestris nolite gloriari: et mendaces esse aduersus veritatem. Non est ista sapientia desursum descendens: sed terrena animalis diabolica. Que autem desursum est sapientia: primum quidem pudica est: deinde pacifica. Pudica videlicet: quia iudicat et intelligit eam esse. Pacifica autem: quia per elationem

gem feminine a societate proximo-
rum disiungit. Admonendi sūt di-
sidentes q̄ tandiu nullum sacrifi-
cium deo boni operis imolant: quā-
diu a proximorum caritate discor-
dant. Scriptum nāq; ē. Si offers
munus tuum ad altare: et tibi reco-
datus fueris q̄ frater tu⁹ h̄s aliqd
aduersus te relinque tibi munus tu-
am aī altare: et vade prius reconci-
liari fratri tuo: et tunc venies offe-
res munus tuum. Ex qua precepti-
one pensandum est: quorum ho-
